



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ephrem Syrus. 1. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

76 VITÆ SANCTORUM. I. P.
majus tibi miraculum ! Elidunt fau-
JESUM suum inclamanti ora crudelis
tacere lingua cogitur amores suos ; q
expectas ? frustre silentium linguae imp-
ratur , ubi cor est eloquens. In hoc
quidem disertis literis exaratum repen-
runt familiare illud linguae J E S U n-
men ; breve quidem tam angusti mon-
menti , sed longè pulcherrimum Epita-
phium. Ex Sur. C^o Metaphr.

Electuarium habes reconditum in vase
lo vocabuli hujus , quod est JESUS , salu-
ferum , certe , quodque nulli unquam pse-
tua inveniatur ineffi cax. Semper tibi i-
sinus sit , semper in manu ; quo tui omnes
J E S U M sensus dirigantur C^o alio
S. Bern. serm. 15. in Cant.

S. EPHREM SYRUS. I. Feb.

F Ortè fortunâ F R H R E M puer in bu-
culam offendit foetu gravidam. Hanc
ubi crebrâ lapidatione confecit , domi-
num insuper ejus obvium ; & perquam
amicè de bove rogitantem convitis one-
ratum dimisit. Haud multò pōst cùm
eandem viam relegeret , deprehensus à
tenebris , mapalibus vicinis successit;
noctu cùm lupi gregem diripiissent , pa-
stores dannum furibus adscriperunt , &
E P H R E M U M velut proditorem vincitum ad
Prætorem abduxerunt. Hic ille interlon-
gam carceris mortum cùm menses ali-
quot

I. Feb. VITÆ SANCTORUM. 77
quot exegisset, à tutelari demùm Ange-
lo, revocatâ in memoriam buculâ, edo-
ctus est, errare quidem hominum sub-
sellia posse, sed non D E I etiam tribu-
nal; ut quod de vero criminis justissimas
quandoque sub alienæ culpæ nomine
poenas exigat. Itaque cùm exiturum se
mundo vovisset, si carcere liceret, paulò
pòst voti damnatus in eremum contem-
dit; illic cùm protriti pudoris femina
infidias castitati ejus tenderet, & inno-
centem animum ad infanda pelliceret;
EPHREM piè callidus non difficilem se fo-
re ad simulavit, si in frequenti foro faci-
nus patrare animus ei esset. Erubuit
quamvis impudens prostibulum, & an,
inquit, in oculis omnium peccare non
vereberis? Tum enim yero ille; & tu a-
deò frontem exues, &, ubi ubi fueris,
illum omnia vident cæli Oculum non ex-
horresces? Audivit, resipuit, & oculum
D E I deinceps semper in oculis suis mu-
lier habuit. Utinam cum illâ nos etiam!
minus anguli peccarent. Ex Metaph. C.
Baron.

Si Deus tecum non est per gratiam, adeò
per vindictam: sed vœ tibi si ita tecum est;
Imò vœ tibi, si ita tecum non est; illi nam-
que irascitur Deus, quem peccantem non
flagellat: nam quem flagellando non emen-
dit, in futuro damnat. S. Bern. in me-
dit. c. 6.

S. B R I -